UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Victorino ep[iscop]o [et] mar. Cap[itulum]. xij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

cet: ac ſi pro ſingulis accenſa fuiſſet.

¶ De ſancto Juſto martyre. Cap. ix.

IUſtꝰ martyr apud tergeſtinam ciuitatem aquileie puincie paſſus eſt: tēporibus diocletiani ⁊ maximiani imperatorū ſub manatio pfecto. Qui dū ad pfatam vrbē deueniſſet: iuſtū cōprehēdi fecit: ⁊ ſibi preſentato cepit ſuadere: vt diis ſacrificaret. Qui cum dño ieſu xpo ſe ſacrificare diceret: iuſſit eum in carcerem trudi. Cumq tota nocte in orone pſeueraſſet: mane eductū ⁊ immolare recuſantem: fecit eū manatiꝰ extēſum neruis crudis cedi: ſed cū illū oīno inuictū cerneret: mandauit in collo eiꝰ ⁊ manibus: ac pedibꝰ plumbi pōdera ligari: ⁊ ſic in profundū maris demergi. Qui quaſi ad epulas inuitatus ipſe ſibimet pondera plumbi deferebat: ⁊ vale dicēs fratribus feſtinando ad litꝰ pgebat. Sicq ad locū ducit: ⁊ plūbo ei alligato in ſcapha modiciſſima ponit: ductuſq in altū pelagi: oratione fuſa in mare demergitur: vt aūt ſpm deo reddidit: mox funes eius cū plumbo dirupti ſunt: ⁊ corpus ad littus tregeſtine ciuitatis ab vndis deductum eſt añ ſolis occaſum. Eadē nocte apparuit ſanctus martyr cuidā preſbytero nomine ſebaſtiano: iubens vt corpus eius tolleret: ⁊ cū indulgentia ſepeliret. Qui conuocatis pluribus xpianis: corpus ipſius in littore inuentū: iuxta ipm locū honorifice tumularūt. Qui paſſus eſt. iiij. noñ. nouēbris.

¶ De ſctā euſtochio virgine ⁊ mar. Cap. x.

EUſtochium virgo ⁊ martyr apud tarſum cilicie paſſa eſt ſub iuliano ipatore. Qui cū ibidē exiſtēs cū oi populo diis gentiliū ſacrificaſſet. Euſtochiū ſacrificare nolentē prio neruis bubalinis cedi fecit: deinde cornibꝰ capreolarū vngulari pcepit: partibuſq carnes eius cōcidi. Deinde caput eius cum capillis excoriari ⁊ clauos infigi. Et cū hec oīa conſtātiſſime tolleraſſet: ⁊ impator ſentētiā ptuliſſet: vt mēbratim cōciſa in ſartagine torerẽt orans ad dñm emiſit ſpiritū. Sepultaq eſt a matre propria in abditiſſima crypta. iiij. noñ. nouēbris.

¶ De ſancta Euſtochio virgine. Cap. xi.

EUſtochiū virgo ſacratiſſima paule nobiliſſime romanorum filia: ⁊ beati hieronymi diſcipula fuit. De qua idem teſtatur hieronymꝰ q̄ in ſanctis locis virginitatis ⁊ eccleſie monile precioſiſſimum fuit. Cum vo mater eius omni relicto ſeculo ⁊ mūdanis diuitiis ac filiis cunctis: ex vrbe roma progreſſa hieroſolymam deo ſeruitura nauigaret: hec ſola eius propoſiti ⁊ nauigationis comes extitit: ſicut ſupra actum eſt in vita paule. vi. kalen. februarii. Et cū eadem eiꝰ matre apud oppidū bethleem cenobiū conſtruxit: ⁊ cū eadē ⁊ aliis ſanctis feminis ſub beati patris hieronymi diſciplina: deo deuote ſeruiuit: atq poſt dormitionem genitricis. l. et eo amplius puellarū mater extitit. Cui beatꝰ doctor regulā deo viuendi cōſtituit ⁊ dictauit. Ipſa autem ieiuniis ⁊ orationibus ſacrorūq librorum ſtudiis intēta ſolicite: poſt agones plurimos p xpo ſupatos in virginitatis pposito in pace qeuit. Sepulta apud bethleē. iiij. noñ. nouēbris.

¶ De ſancto Uictorino epo ⁊ mar. Cap. xii.

UIctorinus pictauenſis epiſcopus ſub diocletiana perſecutione martyrium paſſus eſt: qui ſciētia ⁊ doctrina clarus opuſcula nōnulla ſacre fidei perutilia cōpilauit. Cōmētarios eñ edidit in geneſim: Exodū: Leuiticum: Eſaiam: Ezechielē: Abacuch: Eccleſiaſtē: Cātica cāticorū: ⁊ apocalipſim. Aduerſum oēs fere hereſes libros plures cōſcripſit: multaq alia grādioribꝰ ſenſibꝰ q̄ cōpoſitione verborū: neq eñ eque latina: vt greca lingua pollebat. Sub prefato tādē principe pro eiuſdē defenſione fidei: martyrio vitā apud eandē vrbem finiuit. Ibiq tumulatꝰ iacet. paſſus eſt autem. iiij. noñ. nouembris. Hec hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſanctis alcindino pygaſio ⁊ anepothiſto martyribus. Cap. xiii.

ALcindinꝰ pygaſius: ⁊ anepothiſtus apud perſidam paſſi ſunt ſub ſapore rege perſarum: qui eidem regi delati q̄ chriſtū colerent: ⁊ multos conuerterent: inuenti ſunt in cella orantes: ⁊ a miniſtris regis capti educti ſunt. Dum autem chriſtum confiterentur: primo vectibus duriſſime ceſi ſunt: mutatis ſuper ſingulos eorum in cedendo. x. viris. Rex vo cecidit quaſi exanimis: tandem ad ſe rediens: eos ſurſum appendi: ⁊ deorſum extendi: ac ignem ſubterponi fecit. Sancti vo chriſto ei apparente illeſi ab igne permanſerunt: ⁊ a vinculis abſoluti ſunt. Rex autem mutus effectus eſt: et